



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

19 de rustica seruitute iuris Pascendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

1. *Ateius*, 1. 4. §. *fin. cum 12. legib. sequentib. de aqua plu. l. 1. §. 2. & l. supra iter*, 11 §. *officium, eodem titul.* Sed & si is qui opus fecit, potentiori alienet prædium, agi & cum eo potest intra annum uilem, quod ui aut clam: si annus præterierit, de dolo iudicium dandum, d. *l. Ateius*, 4. §. *Julianus*, & *l. post uenditionem*, 16. *cod. titul.*

11. *Opus quoque* per quod nocet aqua pluuia considerandum quale sit, ueluti si agri colendi causa quis in suo prædio superiori sulcos fecerit aratro: non competit enim pro his hæc actio, si modo recti sunt, id est, qui in vnam tendant partem, si aliter ferere non possit, nisi sulcos aquarios faceret: contra, si sine iis posset, & si sulcos aquarios, quos Græci *ὀπάριον* vocant, uel sulcos transuersos aquarios, per quos in agrum vicini aqua deflueret, fecerit, *l. 1. §. de eo opere*, §. *sed est quis*, & *§. item Sabinus*, & *l. uacius*, 2. 4. *de aqua plu. l. 1.* Placuit quoque quæ frugum, fructuum percipiendorum causa fiunt, extra hanc causam esse, d. *l. 1. §. Labio*.

12. *Item* per licere fossas facere agrorum suorum siccandorum causa, fundi colendi, non tamen deriuandæ aquæ gratia, d. *l. 1. §. sed & fossam*. Ex quibus si aquam pluuiam nocere posse appareat arbitro, is cogere potest eas explere, & nisi iustus faceret condemnare, quamuis antequam iudicaret, aqua per fossas nunquam fluxisset, d. *l. l. vicinus*, 2. 4. quia & hæc actio ad damna futura pertinet, *l. supra iter*, §. *officium*, & *l. Ateius*, §. *penult. l. 1. §. 2. de aqua plu. arcend.* Verum tamē si aggeres, qui aquam fluere faciunt in vicini prædium, quæ in uacuatione uel uitio soli subsidentis uiam aquæ pluuiali nocenti aperuerint, non tenetur dominus prædii de damno aliqua actione, *l. Ateius*, 1. 4. *eodem titul.* si nihil ipse manu fecit quo minus agger superesset. Et ita tantum præstare patientiam cogitur, ut is qui læditur vicinus, aggerem uel opus aquam auertens, glare iniecta repletum uel fluminis, uel limo, uel deietum reficiat, *l. 2. §. 1. & §. item Varus*, & apud *Namusam*, & *l. supra iter*, 11. §. *final. de aqua plu.* Si tamen sit fossa antiqua, cuius in titi memoria non exstat, si inferior vicinus non purget, unde ex restagnatione noceatur vicino, cum inferiori aquæ pluuia actione ager, uel ut purget, uel patiatur in pristinum statum, eum qui nocet eam reducere. Potest & qui in confinio est agere aquæ pluuia arcenda, *l. 2. §. 4. uel Labionem*, & *§. præterea*, & *§. apud Alphenum, de aqua plu.*

13. *Notabile* est in hac seruitute recipiendi aquam fossa uel continendi in fundo suo, ut is, cuius fundus debet seruitutem, non teneatur, nisi dictum sit nominatim, fossas purgare, uel aggeres facere, uel munire, sed solum cogatur pati dominum prædii cui debetur seruitus, ut reficiat uel noua faciat, *l. 1. §. fina. de aqua pluuia*, exemplo aliarum seruitutum, *l. quoties*, §. *seruitutum*, & *seruitus*, *l. 1. §. si forte*, §. *etiam, si serui. uind.* excepta seruitute oneris ferendi, *l. eam debere columnam, de seruit. urban. præd.* Si tamen ex alio fossa pinguedo quadam ex purgatione erui potest, certe potest dominus prædii feruentis, uel agere ut vicinus purget, uel purgare sinat, *l. 2. §. apud Labionem, de aqua pluuia*, *Cap. 6. numer. 73.* Si tamen qui debet lædat opus feruentis, alio opere tenetur propriis expensis restituere in pristinum statum, *l. in summa*, §. *item Labio, de aqua plu.* Et *Paul. Castr. in l. 1. §. & si vicinus, eod. tit.*

De Seruitute rustica appul'us pecoris ad aquam. Cap. 18.

1. *Seruitus pecoris appul'sus ad aquam quid.*
2. *Seruitus appul'sus pecoris, quando realis, & quando personalis.*
3. *Pecora appellatione in hac seruitute que animalia ueniant, & quid aliud.*
4. *Modus & numerus pecoris decretus inspicitur in hac seruitute.*

1. *Pecoris* per ad aquam appul'sus, inter seruitutes prædiales rusticas ponitur, *l. 1. §. penult. de seruitut. rustic.* §. *inier rusticorum, de seruitut.* quæ nihil aliud est, quam ius appellendi seu ducendi pecudes ad aquas vicini. Hæc seruitus realis est, quando prædium unde pecus appellitur, pascuale est, & fructum ex pecudibus dominus accipit: aliter & ius aliud personale esse potest cum persona cui conceditur extingibile, *l. pecoris, de seruitut. rustic. l. 1. §. quidam libertis, de aum. legat.* Porro hic considero tantum prædium cui conceditur seruitus, quod passionibus deputatum est, qualia sunt macra loca, prout innuere uidetur *M. Varro* ad *Nigrum Turanum* scribens, *in princ. 2. de re rust. ca. T. bi*, inquit. *Niger Turani, noster liber scilicet dicitur de re pecuaria, qui uerbemeter delectaris pecore, pro: ter ea quod se emittentem, in campos macros ad mercatum adducunt crebro pedes, quo facilius*

seruitibus multa postcentibus ministras, &c. Quemadmodum & est iuris genus, in quo nec pecora, nec aues haberi possunt, *Col. lib. 2. de re rustica, cap. 15.* Ita & aliud est, in quo nihil aliud quam armenta uel ouilia sunt, oblocorum infugiferam naturam, obque crebros montes & syluas, & non aliter ex saltu fructus percipi possit, nisi per greges, *Paulus in l. de grege ouum, 9. de fund. instrum. lib. 33. P. titul. 7.* Profunt & agris sterilibus pecoris sterco rationes & caules, §. *sed & pecorum, de usu & habit.* ut ita uideantur fundi esse, quia & agri fructus in pecore etiam consistere dicitur, *in l. pecoris, 4. de seruitut. rustic.* Et *Ulpianus in l. instrum. 8. cod. instrum. fundi existimauit*, quæ fructus quærendi, cogendi, & conseruandi gratia parata sunt, inter cetera & boues domitos, & pecora stercoandi causa parata: etsi fundus saltus, passionisque habeat greges pecorum, pastores, saltuarios, §. *Pecoris appellatione continentur* oues, boues, capræ, equi, muli, asini, aliæque quadrupedes, ut sues, elephanti, cameli: exceptis canibus, uis, leonibus, pantheris, *Caus. l. 2. ad legem Aquiliam, l. adiles aium, 38. §. inuentorum, de adilit. ed. lib. 21. P. titul. 1. §. in pecorum, de rerum diuision. inuentis*, & *l. seruis legatis, §. pecoribus, de legat. 3.* Proinde in hac seruitute appellendi pecoris, animalia omnia quæ pecoris nomine ueniunt, continentur. Sed & canes pastorales, sine quibus greges conseruari non possunt, ut & ipse pastor, tanquam accessoria necessaria, arg. *l. quasitum, 12. §. si in agro uenationis sint, de fund. instrum. P.*

Atque in hac seruitute consideramus quoque modum impositum, ut si numerus certus est pecudum adiectus, quæ appellendi debeant, plures non liceat appellere: & si plures appellentur, liceat non quidem uniuersum gregem, sed ultra numerum appositas repellere, *l. 1. §. Trebatius*, & *§. Marcellus, de aqua quotidiana, & asti. lib. 43. P. titul. 19.*

De seruitute rustica iuris pascendi. Cap. 19.

1. *Seruitus pecoris pascendi, rustica.*
2. *Sine iura pascendi non licet in aliena pecu immittere, & si fiat, qua remedia.*
3. *Pascua quid.*
4. *In pascuis consideranda, & alia remissio.*

1. *Seruitus* per alia rusticorum prædiorum pecoris pascendi, *l. 1. §. 1. penultim*, & *l. pecoris, de seruitut. rustic.* §. *prædiorum, de seruitut. ius, §. 1. de seruitut. l. 1. §. final. de rerum diuision* hæc autem iura, de seruitut. rustic. prædior. licet pascendi in alieno prædio, non in suo seruitus, *l. uti sunt si uis fructus petat, uilitatis meæ causa*, uidelicet uel ut pascua mea conseruem, uel ut stercoatione pecoris pinguis prædium meum reddam. Circa seruitutis, in aliena non licet pecus pascendi causa immittere, prohibente lege duode. im tabularum, quæ est de pastu pecoris, *l. qui seruandorum, 15. §. final. de præscript. verb. lib. 19. P. titul. 5.* prohibet & *lex Aquilia, l. Quintus Marcius, ad legem Aquiliam*. Sunt & alia actiones prodite, pro relaxiendō damno, si quis aliena depasci fecerit: ut si alienos fructus in suum prædium dicentes immisso pecore depasciat, in factum ager, dicitur, §. *final. l. qui seruandorum* si dolo malo autem id ipsum faceret, ad exhibendum, *l. Iulianus, 9. §. glans, ad exhibend. lib. 10. Cod. titul. 4.* uel si in alieno aliena iniuria matura depascit, datur actio uilis legis Aquiliæ, id est, non ex uerbis, sed ex sententia legis Aquiliæ, *l. final. de l. Aquil. lib. 4. C. titul. 35.* hic propria tractatio pascuorum. *¶ Pascua* namque dicuntur, ubi animalia pasci solent sic que saltus sylua pascua, *l. sylua cadua, §. final. de uerbis significat. l. si diuortio, §. plane, solut. matrimon. 1. & 101. titul. de pasc. publ. uel priua. lib. 11. C.* Sunt & huiusmodi prata uel campi pascua, & dumeta, loca uidelicet dumis seu uepribus & sentis oblitata, ut *Virgilius*,

Trecentum mues tondent dumeta iuu. nci.

In hac seruitute & cetera quæ in aliis consideranda, ut modus concessionis, pacta non nimium no. eat, & sic de similibus. Et num sit uniuersitati habitantium debita, ut in *l. Estarrix, 20. §. plures, si serui. uind.* uel quibusdam tantum priuatis. Aliaque pleraque quæ notabilia & quotidiana sunt, de quibus tractati abunde, dum de publicis rebus ago, *supra lib. 3. c. 15. c. de bonis patrimonialibus principis & palcis*. Quæ hic non transcribam.

De Seruitutibus aliis rusticorum. Cap. 20.

1. *D. Seruitute, Arene fodienda, Calcis coquande, Creta eximende, quando hæc sint seruitutes prædiales, & quando personales, &c.*
2. *Creta quid.*